

## **Collection of antique and early medieval scientific treatises**

### **Publication/Creation**

Mid 15th Century

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/d6buxsrt>


### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



45  
R2/BN

M6

2248

BEDE. De natura rerum & de temporibus—[folio 3] CENSORINUS. De die natali—[folio 32] PRISCIANUS. Praeexercitamenta—[folio 39] Ex Topicis Boethii quaedam, MANUSCRIPT ON VELLUM, 29 lines, 48 ll. BEAUTIFULLY WRITTEN IN A VERY FINE CURSIVE ITALIC HAND, headings in red, capitals in blue and red, original blind stamped olive morocco over wooden boards (binding worn)  
folio (268 mm. by 190 mm.) ITALIAN, XV CENT.

MS. No. 127



ACCESSION NUMBER

65025

PRESS MARK

65029

H. d.

**E**x Bede presbiteri De natura rerum de temporibus li. 2.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 30. xl. l. lx.

S. epistola

2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

70. 80. 90. 100. cc. ccc. cccc. d. dc. dcc. dccc. dcccc. 1000.

o. n. p. c. t. y. f. x. y. w.

**O**lympiades ann. quatuor. Mundine dierum  
nouem. Indictiones ann. xv. Hora habet  
quatuor puncta. x. minuta. xv. partes. lx.  
momenta. Atomus indiuisibile tempus. Zodiacus in xii.  
signa. singula in partes. xxx. partes in puncta. xii. Punc-  
tum in momenta. xl. momenta in ostenta. lx. distribuitur.

**De vncia**

|           |                                                   |                                                           |
|-----------|---------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------|
|           | <b>L</b> ibra uel as siue assis. xii. uncie.      | iiii. sexies ducti xxiii sunt et inde dnr due             |
| <b>TH</b> | <b>D</b> euns siue tabus. xi. uncie.              | sextilis viii eog bis. iiii. sut octo. Due sextile sexle  |
| <b>SS</b> | <b>D</b> cums uel dextans. x. uncie.              | viii. ff id est iij pars vncie et scilicet 5 vii ff sexu  |
| <b>SS</b> | <b>D</b> odrans siue doras. viii. uncie.          | la siue sexela iiii ff x Dimidia sextila siue sexela 7 ff |
| <b>SS</b> | <b>B</b> es siue bissa. viii. uncie.              | xxii faciunt unam similitudine xxii ff sexu               |
| <b>SS</b> | <b>S</b> epius siue septus. vii. vncie.           | ff scrupulus viii. diec.                                  |
| <b>S</b>  | <b>S</b> emus. vi. vncie.                         | Bisse tanto minor est qto. viii. a xii. xx. a             |
| <b>TH</b> | <b>Q</b> uincus siue unguis. v. uncie.            | xxx. x. a xv. tertia. n. pte subtracta quotiens           |
| <b>TH</b> | <b>T</b> riens siue treas. iiii. uncie.           | solum remanent ipe due partes bisse.                      |
| <b>3</b>  | <b>Q</b> uadrans siue quadras. iiii. uncie.       | ipa tertia triens nuncupatur.                             |
| <b>4</b>  | <b>S</b> extans. ii. uncie.                       |                                                           |
| <b>20</b> | <b>S</b> cams siue secuncia. vna uncia. et semis. |                                                           |
| <b>SS</b> | <b>V</b> ncia xxiiii. ff. scrupuli.               |                                                           |
| <b>S</b>  | <b>S</b> emiuncia xii. ff. scrupuli.              |                                                           |

**Ambrosius in lucis expositione.**

**S**iliqua est humillimum genus ligni nascens in lit-  
toribus maris: continens folliculis grana. Siliq[ue]  
genus est farris: cuius sex grana scrupulus efficiunt.

*De Umbra.*

**N**am q[uod] umbra fiat: tria simul concurrere necesse  
est: lucem: corpus: & obscuratum locum: et ubi  
lux corpori par: ibi equalis umbra iacitur: ibi lux cor-  
pore exilior: ibi umbra sine termino augetur: ubi lux  
corpore maior: ibi Umbra paulatim rarefciendo deficit.

*De senario.*

**S**enarius suis partibus primus impletur. i. sex tria  
tertia & dimidia que sunt unum & duo & tria  
et simul sex fiunt. *De diebus.*

**P**rimam diem Soli quia maximum est luminare.  
secundam lune quia secundum luminare se co-  
secrare putabant: deinde ordinata alternatione tertie  
diei primam a sole stellam quarte: primam a luna quin-  
te: secundam a sole sextam: secundam a luna septime  
tertiam a sole preponebant. *De planetis.*

**Q**uartus sol ccclxx diebus & quadrante infra solem  
uenit que & lucifer & uesper ccclviii. diebus a so-  
le nunq[ua]m absistens partibus sex et xl. longius proximum  
illi mercurij sydus nouem diebus: ociore ambitu: modo  
ante solis exortus modo post occasus splendens nunq[ua]m ab  
eo xxii. partibus remotior: nouissima luna xxvii. diebus  
et octo horis signiferum conficiens. *De Intercalatione.*

**F**alluntur quippe qui putant hebreos annis talibus  
usos: alioquin tota ueteris testam[en]ti series uacil-  
lat: nec ullius etas tanta q[ua]nta scripta est debet intelligi:

sz ad lune cursum stringi. & grecos quidem ueteres legimus ceciliu. diebus annuum ad lune cursum putantes octauo semper anno. xc. dies qui nascuntur: si quadras cum vndecim diebus epactarum octies componatur pariter intercalasse nitres videlicet menses tricenorum dierum distributos. iudeos aut nūq. sed altero uel tertio anno mensem lune decimum quem embolissimum vocamus inserere solitos. *De iudeorum mensibus.*

**P**rimum mensem nouorum fructuum qui pasce-  
cerimonijs sacratus est *nisan* appellantes qui pp  
multiuagum lune discursum nunc etiam martium  
mensem nunc incidit in aprillem: nunc aliquot dies  
maijs mensis occupat. Sed rectius aprilis deputatur qz  
semper in illo uel incipit uel desinit uel totus includitur  
ea dūtaxat regula cuius & supra meminimus obserua-  
ta ut que quintadecima post equinoctium luna extitit  
primus sequentis anni mensem faciat. que vero oīa  
nouissimum precedentis sitqz per ordinem secundus  
eorum mensis *lar maio*: tertius *suon iunio*: quartus *the-*  
*omul iulio*: quintus *tanmi augusto*: sextus *alul septēbrio*:  
septimus *theseri octobrio* quem propter collectionem fru-  
gum & celeberrimas in ipso festiuitates nouum annum  
appellant. octauus *marresuon nouembrio*: nonus *casleu*  
decembrio: decimus *tebeth ianuario*: vndecimus *sabath*  
februario. duodecim) *adar martio*. *Kalendae nonae idus*

**I**dem pontifex Kalata. i. Vocata in capitolium ple-  
be iuxta curiam calabram que case Romuli p-  
xima est quot numero dies a Kalendis ad nonas superes-  
sent pronuntiabat. & quintonas quidem dicto quīges

Verbo καλο septimanas repetito septies predicabat. Ver-  
 bum autem καλῶ grecum est id est uoco: & hunc dies  
 qui ex ijs diebus qui calarentur primus esset placuit ka-  
 lendas uocari: hinc & ipsi curie ad quam uocabantur &  
 calabre nomen datum: et classi q. omnis in eam uocare-  
 tur populus. Ideo aut minor pontifex numerus dierum  
 qui ad nonas superessent calando prodebat q. post nonas  
 lunam oportebat nonas die populares q. in agris essent  
 confluere in urbem accepturos causas feriarum a Rege  
 sacrorum: scituosq. quid esset eo mense faciendum. Vnde  
 quidam hinc nonas existimant dictas initium quasi no-  
 ue observationis: uel q. ab eo die semper ad idus noues  
 dies putarentur. Porro idus uocare placuit diem qui  
 diuidit mensem. iduare n. hetrusca lingua diuidere:  
 Vnde uidua quasi ualde idua. i. Valde diuisa: aut uidua  
 i. Viro diuisa. Nonnullis placet idus dictas uocabulo gre-  
 co a spē que apud illos idea uocatur q. ea die plenam  
 speciem luna demonstrat.

**V**ocatur autem apud eos ipse december apileos: janu-  
 arius eidimios: februarius peritios: martius dystros: ap-  
 rilis exanthicos: maius artemysios: iunius deseos: iulius &  
panemios: Augustus loos: September gorpyos: October hyp-  
borytheos: nouember dios.

**S**ol cccxv. diebus & sex horis: luna uero xxvii. diebus  
 et octo horis zodiaci ambitum lustrat: Singula uero signa  
 sol tricenis diebus & denis <sup>horis</sup> ac semisse: luna autem binis di-  
 ebus & semis horis ac bisse unius horę perlabitur: Solem  
 quotidię partem unam zodiaci sui complere: neq. enis

zod  
 sol p 369. 6 H  
 lun p 27 8 H  
 sig  
 sol 30 d 110 L  
 lun 29 d 115

aliud partes zodiaci q̄ quotidianos solis in celo debemus  
sentire progressus: lunam vero quotidie redecim partes  
eiusdem zodiaci conficere: i. puncta iiii / 7 unam partem:  
Singula aut signa x. puncta hnt. i. duas horas. quinq;  
n. puncta horam faciunt / duo aut puncta sex partes  
intelligit. i. q̄tum sol in zodiaco sex diebus conficit iti-  
neris punctum siquidem habet tres partes q̄ signum  
quoq; x. puncta. xxx. autem habet partes.

13 pte. i. 4 puncta ijs

5 puncta hora

Si vis scire quo in signo luna sit / sume Lunam quam vo-  
lueris ut puta quintam: multiplica per quatuor: sunt xx.  
parte per x. duobus ergo signis quinta luna semper a sole  
distat: similiter de luna q̄tum a sole distet.

*Censorinus Eques Romanus ad Quintum Cereium patricium.*

**M**unera ex auro uel que ex argento nitent celato  
opere nonnq̄ materia cariora ceteraq; hoc genus  
blandimenta fortune in hiant ij qui uulgo diuites uocā-  
tur. Te aut Quinte Cerei uirtutis non minus q̄ pecuniarū  
diuitem id ē uere diuitem ista nō capiunt: non q̄ corp  
possessionem uel etiam usum a te omnino abieteris: s; q̄  
sapientum disciplina fortunatus satis liquido comperisti  
huiusmodi sita in lubrico bona maloue per se non esse  
sed uerū hoc est bonorum malorumq; media censerī. hec  
ut comicus ait Terentius p̄inde sunt ut illius est ani-  
mus qui ea possidet. Qui uti scit ei bona: illi qui nō utitur  
recte mala igitur quoniam quisq; nō q̄to plura possidet.  
s; q̄to pauciora optat tanto est locupletior. opes tibi in aīo  
maxime et ea quidem que nō modo bona generis hūani  
precedunt: s; que ad deorum immortalium eternitatem

penitus accedant. Quod. n. xenophon socraticus dicit ni-  
hil egere est deorum q̄ minime autem proximuz dijs.  
Quare cum dona preciosa neq; tibi per animi virtutez  
desint: nec mihi per rei tenuitatem supersint: quodcuq;  
hoc libri est meis opibus comparatum natalitij titulo tibi  
misi: in quo nō ut plerisq; mos est aut hic apte phie pre-  
cepta ad beate uiuendum que tibi scriberem mutuatus  
sum: aut ex artibus rhetorum locos laudibus tuis cele-  
brandis prosecutus sum: Ad id. n. Virtutum omniū fasti-  
gium ascendisti ut cuncta ista que uel sapienter mone-  
tur uel facunde predicantur uita moribusq; supera-  
ueris. Sed ex philologis cometarijs quasdam questuuncu-  
las delegi: que congeste possint aliquantuz uolumen effi-  
cere: Idq; a me dicendi studio uel ostentandi uoto non  
fieri predico: ne in me ut uetus ellogiuz uire dicatur  
sus Minervam docere cum tuo collatu scirem me plura  
didicisse: ne beneficijs tuis uiderer migratus: nostroruz  
veterum sanctissimorū hominū exempla sum secutus:  
illi. n. q. alimenta: patriam: lucem: se deniq; ipsos dono  
deoruz habebant: ex omnibus aliquid deis sacrabant.  
magis adeo ut se gratos probarent q̄ q. deos hoc arbi-  
trarentur indigere. Itaq; cum pceperant fruges: om̄q;  
nascerentur: deis libare instituerūt: et cum agros atq;  
urbes deoruz munere possiderent: partem quandam  
templis sacellisq; ubi eos colerent dicauere. Quidam et  
pro recepta corporis bona ualitudine crimem deo sacraz  
pascibant. Ita ego a quo plura in litteris percepi: tibi hec  
exigua reddo libamina. Nunc qm̄ liber de die natali  
inscribitur a uotis auspiciā sumantur. Itaq; hunc diez

quod ait persius numerum meliore lapillo: idque quod sepius  
me facias exopto: et quod idem subiungit. Funde merum  
Genio: hic forsitan quis quæret quid cause sit ut me-  
rum fundendus Genio: non hostia faciendum putauit:  
quod. scilicet. et Varro testatur in eo libro cui titulus est Atticus et  
esse de numeris id moris institutumque maiores nostri tenu-  
ere ut cum die natali munus annale Genio solueret  
manusque ac cede ac sanguine abstinere: ne die qua  
ipsi lucem accepissent alijs demerent. Denique de hoc ad  
Apollinis genitoris oram ut Timæus auctor est nemo  
hostiam cedit. Illud etiam in hoc die obseruandum quod ge-  
nio facturum neminem oportet ante gustare quod cum qui  
fecerit. Sed et hoc a quibusdam sepe quesitum soluendum  
uidetur quid sit Genius: cur ne eum potissimum suo quodque  
natali ueneremur. *De Genio.*

**G**enius est deus cuius tutelam ut quisque natus  
uiuere hic sine quod ut generemur curat: sine quod  
una genitur nobiscum: sine etiam quod nos genitos susce-  
pit ac tuetur: certe a gignendo genius appellatur. Eum-  
dem esse Genium et larem multi veteres memorie  
prodiderunt. Inquis etiam. C. flaccus in libro quem  
ad Cæsarem de indigitamentis scriptum reliquit: hunc  
in nos maximam quinimo omnem habere potestatem  
creditum est. Nonnulli binos genios in ijs duntaxat domi-  
bus que essent marite colendos putauerunt. Euclides  
autem socraticus duplicem omnibus omnino nobis geni-  
um dicit appositum: quam rem apud Lucellium in libro  
satyrarum xvi. licet cognoscere. Genio igitur potissimum

per omnem etatem quotannis sacrificamus q̄q̄ hic s̄ et alij sunt preterea non solum dei complures hominum uitam pro sua quisq̄ portione adminiculantes quos uolentem cognoscere indagamentorū libri satis edocebunt s̄ omnes ij semel in vno quoq̄ homine numinuꝝ suorum effectum representant: quo circa non per om̄e uitę spacium nouis religionibus arcessuntur. Genus aut̄ ita nobis assiduus observator appositus est ut ne a puncto quidem temporis longius abscedat s̄ ab utero & matris acceptus ad extremuꝝ uitę diem comitetur. Sed cū singuli homines suos tantūmodo proprios colant natales: ego tamen duplici quotannis officio huiusce religionis astringor. Nam cum ex te tuaq̄ amicitia honorem dignitatem decus atq̄ presidium cuncta deniq̄ uitę premia recipiam: nefas arbitror si diem tuum qui te mihi ih̄ac lucem edidit meo illo proprio negligentius celebrauero. ille n. mihi uitam: ille fructum uitę atq̄ ornamentum peperit. Quoniam aut̄ etas a die natali initiuꝝ sumit: suntq̄ ante hunc diem multa que ad hominuꝝ pertinet originem: nō alienuꝝ uidetur de ijs dicere prius que sunt natura priora. Igitur que ueteribus de natura humana fuerint opinionones: ex ijs quedam breuiter exponam.

*De origine primi hominis.*

**P**rima et generalis questio inter antiquos sapientię studiosos versata est q̄ cum constet homines singulos ex parentum seminibus procreatos successionē prolis multa secula propagare: Alij semper homines fuisse nec unq̄ nisi ex hominibus natos: atq̄ eorum generi caput & exordiumq̄ nullum extitisse arbitrati sunt. Alij vero fuisse

6

tempus cum homines non essent et his ortum aliquem  
principiumque natura tributum. Sed prior illa sententia  
qua semper humanum genus fuisse creditur auctores habet  
Pythagoram Samium. Oecium Lucanum et Archytam taran-  
tinum omnes ab eo pythagoricos. Sed Plato arthemensis et  
Xenocrates & Diocarchus Messenius: item antiquae aca-  
demiae philosophi non aliud videntur opinari. Aristoteles quoque  
Stagyrites et Theophrastus multique praeterea non igno-  
biles peripatetici idem scripserunt eiusque rei exempla di-  
cunt quod negant omnino posse reperiri auesne ante an-  
te oua generata sint: cum et ouum sine aue et avis sine  
ouo gigni non possit. Itaque et omnia quae in sempiterno isto  
mundo semper fuere futuraque sunt auium principium  
fuisse nullum: sed omnem esse quandam generantium nascenti-  
umque in quo uniuscuiusque generis initium simul et finis esse ui-  
deatur. Qui autem homines aliquos primigenios diuini-  
tus naturae factos crederent multi fuere. Sed aliter et  
atque aliter in hac existimatione versari. Nam ut omnia  
quod fabulares poetarum historiae ferunt homines primos  
arte Promethei molli luto esse formatos: aut Deucali-  
onis Pyrraque duris lapidibus esse natos. Ut Virgilius Hic  
lapides pyrrae iactos saturnia regna. et alibi quo tempe  
primus Deucalion lapides uacuum iactauit in orbem.  
Quidam ex istis sapientiae professoribus nescio an magis  
monstruosas certe non minus incredibiles rationum suarum  
proferunt opiniones.

**A** Maximander milesius uideri sibi ex aqua frigida  
calefactis exortos esse siue pisces siue pisces si-  
millima animalia: in istis homines concreuisse foetusque

ad pubertatem intus retentos: Tunc demum ruptis illis  
uiros mulieresq<sup>3</sup> qui se iam alere possent processisse. &  
Empedocles autem egregio suo carmine quod eiusmodi  
eē predicat Lucretius ut vix huāna uideatur stirpe  
creatus: tale quiddam cōfirmat primo mēbra singu-  
la ex terra quasi pregnāte passim edita deinde coisse:  
& effectisse solidi hominis materiam igni simul & hu-  
mori permistam. Cetera q<sup>3</sup> necesse ē prosequi que nō  
capiant similitudinez ueritatis. Hec eadem opinio in  
Parmenide fuit pauculis exceptis in quibus uidetur  
ab Empedocle dissensisse. Democrito vero abderite ex  
aqua limoq<sup>3</sup> primus usum esse homines procreatos.  
Hec longe secus Epicurus: is. n. credidit limo calefco  
uteris nescio quos radicibus terre increuisse: et infā-  
tibus ex se editis ingenuus lactis humores natura mi-  
nistrante prebuisse: quos ita educatos & adultos ge-  
nus huānū propagasse. Xeno citriēus stoicę sectę &  
conditor principū huāno generi ex nouo mundo cō-  
stitutus putauit: primosq<sup>3</sup> homīes ex solo adminiculo  
diuini ignis. i. ex dei prouidentia genitos. Deniq<sup>3</sup> etia  
uulgo creditum est ut pleriq<sup>3</sup> genealogię auctores sunt  
quarūdam gentiū que ex aduentitia stirpe nō sint pri-  
cipes terrigenas eē ut in attica & in arcadia thessaliaq<sup>3</sup>  
eosq<sup>3</sup> autochthonas uocari ut in italia poeta cecinit in  
Nymphas indigenasq<sup>3</sup> faunos nemora quēdam tenu-  
isse non difficile rudis antiquorū credulitas recepit.  
Nunc uero eo licentię poetica processit libido ut uix an-  
ditu ferenda cōtingat. Post hominū memoriā proge-  
neratis iam gentibus & urbibus conditis homines cōtra

7  
diuersis modis editos ut in attica fertur regione Enich-  
thonius ex vulcani semine homo exortus: et incolchi:  
de uel bestia consitis anguis dentibus armatos pepisse:  
e quibus mutua inter se cede necatis pauci supasse tra-  
dunt: qui in conditu thebarum Cadmo fuere adiume-  
to: necno in agro Torquiniensi puer dicitur diuinitus  
ortus Tages qui disciplinam cecinerit extipicij quam  
lucum honestum hebrurij potentes exscripserunt.

*Vnde hominum semen exeat.*

**H**Actenus de prima hominum origine: ceterum quod  
ad priores nostros pertinet natales: eorumque initia:  
quod potero compendio dicam. Igitur vnde semen exeat  
inter sapientie professores non constat Parmenides. non tu  
ex dextris tum leuibus partibus id oriri putauit. Hippome-  
ni uero metapontino sive ut Aristoxenus auctor est sa-  
mio ex medullis profluere semen uidetur idque eo probari:  
quod post admissione percuti si quis mares perimat me-  
dullas ut pote exhaustas non reperiet. Sed hanc opini-  
onem nonnulli refellunt ut Anaxagoras Democritus  
et Alcmeon crotoniates hic non post grecam contentionem  
non medullis modo uerum et adipe multa carne ma-  
res exhauriri respondent. Illud quoque ambiguum facit  
inter auctores opinionem utrumne ex patris tamen modo se-  
mine nascatur ut Diogenes et Hippo stoicique scripse-  
runt: an etiam ex matris quod Anaxagoras et Alcmeoni  
nec non Parmenidi Empedoclique et Epicuro uisum est:  
que dissensio diffinita se nescire Alcmeon confessus est et  
ratus neminem posse perspicere.

*Quid primus in fonte formatur.*

**E**uclidem quem in hoc Aristoteles secutus + an  
omnia cor iudicauit crescere q. hominis uitam  
maxime contineat. Hippo uero caput in quo est cu prin-  
cipale. Democritus alium cum capite quem plurimum  
hnt ex inani. Anaxagoras cerebrum unde omnes sunt  
sensus. Diogenes apolloniates ex humore primu carne  
fieri existimauit: tu ex carne neruos et ossa & ceteras  
partes enasci. At stoici una totu infentem figurari dixe-  
runt ut una nascatur alaturq. Sunt qui id opinentur  
ipa fieri natura ut Aristoteles atq. Epicurus. Sunt qui  
potentia spiritus semen comitantis ut stoici ferme uniusi.  
Sunt qui ethereum calorem inesse arbitrentur qui mem-  
bra disponat Anaxagoram secuti. Vtruaq. tamen forma  
tus infans que admodu in matris utero alatur duplex  
opinio + Anaxagore. n. ceterisq. compluribus per um-  
bilicum cibus administrari uidetur. At Diogenes et  
Hippo existimauere esse in alueo prominens quidda  
qd infans ore apprehendat ex eo alimentu ita trahat ut  
cum editus est ex matris uberibus.

*Que causa cur mas feminaue nascatur.*

**C**eterum ut mares femineue nascantur cau-  
se esset: varie ab eisdem philosophis prodiu + Naz  
ex quo parente seminis amplius fuerit eius sexum repre-  
sentari dixit Alcmeon. Ex seminibus autem tenuiorib.  
feminas ex densiorib. mares fieri Hippo affirmat. +  
Vtrius uero parentis principium sedem prius occupa-  
uerit eius reddi naturam Democritus retulit. At inter  
se certare feminas + mares. et penes utruq. uictoria sit  
eius habitum referri auctor est parmenides. Ex dexte

partibus profuso semine mores gigni: ac leuis feminas  
 Anaxagoras Empedoclesq; consentiunt. Quorum opinioes  
 ut de hac specie congrue ita de similitudine liberorum  
 dispariles. Super qua re Empedocles disputata ratione  
 talis profertur. Si par calor in parentum seminibus fuit:  
 patri similem morem procreari. Si frigidius in femina  
 matri similem. Qd si patris calidum erit: & frigidum ma-  
 tris: puerum fore qui matris uultus representet. At si ca-  
 lidum matris: patris aut fuerit frigidus: puellam fu-  
 turam que patris reddat similitudinez. Anaxagoras  
 autem eius parentis faciem referre liberos iudicauit  
 qui seminis amplius contulisset. Ceterus Parmenidis &  
 sententia est: cum dextere partes dederint: tunc filios  
 ee patri cosimiles: cum leue tunc matri.

*De Gemmorum exortu.*

**S**equitur de geminis q; ut aliqui nascantur modo  
 seminis fieri Hippo raturus est Id. n. cum amplius  
 est q; uni satis fuerit bifariam deduci Id ipm ferme. Em-  
 pedocles uidetur sensisse. Nam causas qdem cur diuide-  
 retur non posuit: partum tantummodo ait. Et si utruq;  
 sedes eque calidas occupauerit: utruq; morem nasci:  
 Si frigidas eque: utraq; feminam Si uero alteru calidi-  
 orem: alterus frigidiorum: dispari sexu partum futurus.  
 De confirmatione aut partus nihilominus in prima eb-  
 domade dentes homini cadere: in secunda pubem ap-  
 parere: in tertia barbam nasci: in quarta uires: in gn-  
 ta maturitatem ad stirpem relinquendas: In sexta cu-  
 piditatib; tentari: In septima prudentiam linguaq; co-  
 sumari: In octaua eadem manere: In qua alij dixerunt

oculos albescere: In nona omnia fieri languidiora: In  
decima hominem morti fieri maturus: tamen in secun-  
da hebdomade uel incipiente tertia uocem crassiores  
et inequabilem fieri: qđ Aristoteles appellat τρακκν:  
Antiqui nostri hircuitaire: & in ipos putant hircuita-  
los appellari q. tum corpus hircum olere incipiat. De  
tertia autem etate adolescentulorū tres gradus eē fac-  
tos ingretia priusq. ad uiros pueniatur q. uocent an-  
norū xiiii. *Wod3*. Melephobon aut xv. dem̄ xvi Ephe-  
bon: tunc xvii ereibon: preterea multa sunt de his eb-  
domadib. que medici ac philosophi libris mandauer:  
Vnde apparet ut in morbis dies septimi suspecti sunt  
et crismi dicuntur. Ita per omnem uitam septimus  
queq. annus piculosissimus & ueluti crimon esse &  
clematericus uocari. S3 ex ijs genethliaci alios alijs ±  
difficiliores esse dixerunt: et nonnulli eos potissimum  
quos ternę ebdomades cōficiunt: putant obſuandos  
hoc est unus & uigesimus & xlii. deinde lxiii. poste-  
rius lxxxiiii in quo staseas terminus uite defixit. Alij ±  
autē non pauci vnum omniū difficillimū climatera ±  
prodidere anno. s. septimo de quinquagesimo quem cō-  
plent anni septies septem: ad quam opinione p̄timorū  
cōsensus inclinat. Nam quadrati numeri potentissimi  
dicuntur. Deniq. Plato ille ueniat ceteris philosophis  
sanctissimus qui quadrato numero annorū uitā hūa-  
nam cōsumari putauit. s. nouenario qui complet ānor  
lxxxi. Fuere & qui utrūq. recipient numerus unum  
de .l. & lxxxi et minorem nocturnis genesibus: maio-  
rem diurnis scriberent. Pleriq. aliter moti duos istos

numeros subtiliter discreuere dicētes septenariuz ad  
 corpus nouenariuz ad animuz pertinere: hunc me-  
 dicinę corporis & Apollini attributum: illum musis  
 quia morbos animi que appellantur pathe musica le-  
 mire ac sanare cōsuevit. Itaq; primuz climatera āniuz  
 xlix eē prodidere: Vltimuz aut lxxxi: mediuz uero ex  
 utroq; permixtuz anno iij. et lx. quem uel hebdomades  
 viiij. uel septem emneades cōficiunt: hunc licet quidaz  
 periculosissimū dicant qđ ad corpus & ad animuz pti-  
 neat: ego tamen ceteris nō duco infirmiozem nō utriūq;  
 quidem supradictuz cōtinet numeruz: sed neutrum  
 quadratuz et ut ab utroq; non alienus: ita ī neutro  
 potens. Nec 7 multos sane quos uetustas clare noīe  
 celebrat hic annus absumpsit. Aristotelem stagyritem  
 reperit. Sed hunc ferūt naturalem stomachi infir-  
 mitatem: crebrasq; morbi di corporis offensiones a deo  
 uirtute cū diu sustentasse ut magis miruz sit ad ānos  
 lxiii. eum uitam pertulisse qđ ultra non ptulisse. Quare  
 Sanctissime Cereli cum istum annuz qui maxime  
 fuerat corpori formidolosus sine ullo incomodo tran-  
 sieris: ceteros qui leuiōres sunt climateras minus tibi  
 extimesco: presertim cum mte animi potius qđ corpis  
 naturā sciam dominari: eosq; uiros qui tales fuerint  
 nō prius uita excessisse qđ ad omniū illuz octogesimū  
 7 unū puenerit: in quo Plato finem uite 7 legitimū  
 esse existimauit: et hūit legitimuz: hoc anno & Dyoni-  
 sius 4 feracleotes ut uita abiret cibo abstinuuit: 7 cōf  
 Diogenes cynicus cibi cruditate in choleram solutus  
 est Eratosthenes quoq; ille orbis terrarū mensor: et 1

Xenocrates platonius ueteris academie princeps ad  
eundem annuū uixere. Non pauci etiam per aī spiritū  
molestijs corporis superatis limitem istum transgressi sunt  
Sic Carneades a quo tertia academia est que dicitur noua.  
Cleonthes qui ad annuū lxxxx uno minus centū exple-  
uit. At Xenophanes colophonius maior annorū centum  
fuit. Democritum quoq; abderitem & Isocratem rhetores  
fere prope ad id etatis peruenisse quo Gorgiam leontinū  
quem omniuū ueterū maxime senem fuisse: et. viii. sup-  
centuū annos hūisse cōstat. Qd si cultoribus sapientie siue  
per aī uirtutem seu lege fati diutina obligit uita: non  
despero quin te quoq; diu corpore atq; animo ualentem  
longior maneat senectus. Quem n. eorū ueterū quos  
nunc memoria suscepimus prudentia uel temperantia  
uel iusticia uel fortitudine tibi antestare dicemus: quis  
eorum si adesset non uite omniuū uirtutuū predicationē  
cōferret: quis tuis laudibus se postponi erubesceret. Illud  
certe ut arbitror dignū ē predicatione q. cum illis ferme  
omnibus q. uis prudentissimis & procul a. re. p. motis nō  
cōtigerit sine offensione et odio plerūq; capitali uitam  
degere: tu tamen officijs municipalib; functus: honore  
sacerdotis in principib; tuę ciuitatis cōspiciuus: ordinis  
etiam equestris dignitate gradum provincialiuū super-  
sus nō modo sine reprehensione & inuidia semper fuisti.  
uerū etiam et omiuū omnino amorem cum maxima glo-  
ria consecutus es. Quis a. te nosci aut ex amplissimo sena-  
tus ordine non expetiuit: aut ex hūiliore plebe nō op-  
tauit. Quis mortalium uel te uidit uel de tuo nomine  
accepit quā & loco fratris germani diligat et uite parē.

tis ueneretur: quis ignorat probitatem primam: fidem  
summam benignitatem: incredibilem modestiam: uere  
cundiamq; singularem: ceteraq; humanitatis officia pe  
nes te unum esse: et quidem maiora q̄ possint digne a  
quoq; referri. Quare & ego his nunc commemorandis  
supsedebo De eloquentia quoq; sileo quam omnia prou  
ciarum nostrarum tribunalia: omnes presides nouer  
quom deniq; urbs Roma & auditoria sacra mirata st:  
Hec se et ad presens in futura secula satis ipsa nobilitat.

**N**unc uero quatenus de die natali *De Euo.*  
scribo meum munus implere conabor tempusq;  
hodiernuz quo maxime flores q̄ potero lucidissim  
notis signabo: ex quo etiam primus ille tuus natalis ligdo  
nossetur. Tempus autem non diem tmmodo uel mesez  
uel annuz uertentem appello. Sed et qd̄ quidem lustru  
aut unuz annuz magnus uocant: et qd̄ seculum no  
minant. Ceterum de euo quod est tempus unuz 7 ma  
ximuz non multum est qd̄ in presentia dicatur. Est. n.  
immensum sine origine sine fine: quod eodem modo  
semper fuit, et semper futurum ~ N3 ad quemq; homi  
num magisq; ad alterum pertinet. Hoc intra diuidi  
tur tempora. preteritum, p̄ns, et futurum. e quibus  
preterituz initio caret: exitu futurum: p̄ns autem qd̄  
medium est adeo exiguum & in comprehensibile ~ ut  
nullam recipiat longitudinem: n3 aliud esse uideat  
q̄ transacti futuriq; conuinctio: adeo porro instabile ut  
ibidem sit nunq; et quicqd̄ transcurrit a futuro  
Hec inter se tempora ante actum dico & uenturum: n3  
propria sunt: n3 ita ut alterum altero longius breuiue

uideatur. Quicqd. n. non habet finem collationem mē-  
sure non recipit. Quapp. etiam in annorū nec seculo-  
rum numero: nec deniq. ullo finiti temporis modu-  
lo metiri conabor. Hec. n. ad etatem infinitam non  
sunt brumalis minus instar horē. Itaq. ut secula pos-  
sim pcurrere: et hoc pns nostrum designare: omissis  
aureis argenteisq. & hoc genus poeticis aī conditi-  
tōrbis Romę patrię nostrę communis exordior: et  
quoniam secula aut naturalia sunt aut ciuilia:  
prius de naturalibus dicam. *De seculo.*

**S**eculum est spatium uite humane longissimuz:  
partu & morte definitum. Quare qui annos xxx.  
seculum putarunt: multum videntur errasse: hoc enī  
tempus geneam uocari. Heraclitus auctor quia orbis  
etatis in eo sit spatium orbem autem uocant etatis dum  
natura humana ad se mentem reuertitur: hoc quidez  
reueas tempus alij aliter diffinire. Heraclitus ānos  
quinq. et xx. scribit dici Geneam. Xeno xxx. seculuz  
aut quid sit usq. adhuc arbitror ad subtile examina-  
tum non esse: Poete quidem multa incredibilia scrip-  
serunt: Hec minus historici greci q.uis. a. uero por nō  
fuit decedere ut Herodotus apud quem legimus Ar-  
gathorion Tartesioruz regem. C. & l. annorū fuisse:  
Antephorus qui tradidit arcadas dicere apud se re-  
ges antiquos aliquot ad. ccc. uixisse annos. Verum  
hec ut fabulosa pretereo. Sed inter ipos astrologos qui  
in stellarum signorūq. ratione uerum scrutantur  
nequaq. etiam conuenit: Epigenesis. cxii. omorū in  
longissimam uitam cōstituit. Berosos autem cxvi. &

11  
Alij ad. c. xx. annos produci posse. Quidam etiam &  
ultra credidere. Tuere qui non idem putarent ubiq;  
obseruanduz: sed uarie per diuersas regiones pro  
ut in singulis sit celi ad circulus finitorem inclina  
tio quod uocatur clima: Sed licet ueritas in occulto  
lateat: tamen in unaquaq; ciuitate que sint nālia  
secula rituales hetruscorū libri videntur docere: in  
quib; scriptum ēē fertur initia sic poni seculorū: quo  
die urbes atq; ciuitates cōstituerentur: de ijs quieo  
die nati ēēnt: eum qui diutissime uixisset die mōtis  
sue primi seculi modulum finire eoq; die qui ēēnt &  
reliqui in ciuitate: de ijs rursum eius mortem qui  
longissimā egisset etatem finem esse seculi secundi:  
sic demiceps tempus reliquorū terminari. Sed eoq; &  
ignorant homines portenta miti diuinitus quibus  
admonerent inuēquodq; seculum esse finitum. hec &  
portenta hetrusa pro aruspicij discipline sue peritia  
diligenter obseruata in libros rettulere. Quare in thu  
scis historijs que octauo eorum seculo scripte sunt &  
ut Varro testatur: et quot numero secula ei genti  
data sint. Transfactorū singula q̄ta fuerint: q̄busue  
ostentis eorum exitus designati sint cōhinentur. Itaq;  
scriptum ē quatuor prima secula annorū fuisse cen  
tum. Quintum cxxiii. Sextum unū de xx. 7 centum:  
Septimum totidem. Octauū rēdemum agi: Nonum  
7 Decimum superesse quibus transactis finem fore no  
minis hetrusci. Romānoꝝ aut secula quidam ludis  
secularibus putant distinguī: cui rei fides si certa ē  
modus romani seculi est incertus. Tempoz. n. iterualla

quibus ludi isti debeant referri non modo q̄ta fuerint  
retro ignoratur. sed ne q̄ta quidem esse debeant scitur.  
Nam ita institutum ē ut centesimo quoq; anno fierent.  
id. n. Antias aliq; historici auctores sunt. Tum Varro de  
scenicis originibus libro primo ita scriptum reliquit. Cum  
multa portenta fierent & murus ac turres que sunt in  
ter portam collinam et esquilinam de celo ēēnt tacta:  
et ideo libros sibyllinos xii. uiri adissent: renūciare  
uti Diti patri et proserpine ludi tarentini in campo pr  
martio fierent tribus noctibus: et hostie furue macta  
rentur: unq; ludi centesimo quoq; anno fierent. Item  
Titus liuius libro c<sup>mo</sup> xxxvi eodem anno ludos seculares  
Cesar ingenti apparatu fecit quos centesimo quoq; āno:  
his. n. terminum seculi fieri mos ut contra x<sup>o</sup> c<sup>mo</sup> quoq;  
anno repetantur tam cōmentarij xv. virorum q̄ Diui  
Augusti edicta testari uidentur: adeo ut Horatius. et  
Flaccus in carmine quod secularib; ludis cantatur: &  
id tempus hoc modo designauerit Certus undenos deo  
es per annos Orbis ut cantus referatq; ludos ter die &  
clorra totiensq; grata nocte frequētes. *De temporib; partus.*

**S**uperest dicere de temporib; quibus partus sole  
ant esse ad nascendum maturi. Qui locus eo in  
cura maiore tractandus est q̄ quēdam necesse ē de  
astrologia musicaq; & arithmetica attingere. Jam primo  
quoto post conceptionem mense infantes edi soleant fre  
quenter agitatum inter veteres nundum conuenit.  
Hippon metapontinus a septimo ad decimum mensem  
nasci posse existimauit. Nam septimo partum iam esse  
maturum eoq; in omnibus numeris septēnarius ptimū

possit. Siquidem septem formemur mensibus: additisq;  
alteris recti consistere incipiamus: et post septimum dentes  
nobis nascuntur: iidemq; post septimum cadunt annum  
xiii. autem pubescere soleamus. Sed hanc a septem me-  
sibus incipientem maturitatem usq; ad x<sup>m</sup> productam eoq;  
in alijs omnibus hec eadem natura + ut vii mensibus  
annusue tres aut menses aut anni ad consumationem  
accedant. Nam dentes septem mensium infanti nasci  
maxime: x<sup>o</sup> perfici mense: vii annos primos eorum exi-  
dere: x<sup>o</sup> ultimos: post quartum decimum annum nonnullos.  
Sed omnes intra vii x<sup>m</sup> annum pubescere: huic opinioni  
in parte aliqua repugnant alij: in parte consentiunt.  
Nam septimo mense parere mulierem posse plurimi  
affirmant ut Theon pythagoricus. Aristoteles p<sup>ri</sup>pate-  
ticus. Diocles Euernestraton. Empedocles. Epigenes: +  
multiq; preterea quorum omnium consensus Euriphonem  
gnidum non deterreat id ipsum intrepide p<sup>ro</sup>negantes  
contra eum ferme omnes Epicharmum secuti octavo me-  
se nasci negauere. Diocles tamen carystius & Aristote-  
les stagyrites aliter senserunt. Nono autem + decimo +  
mense cum chaldei plurimi + idem supra nominatus  
Aristoteles edi posse partum putauerunt. Neq; Epige-  
nes byzantius viii fieri posse contendit: nec Hippocrates  
cous x<sup>o</sup>. Cetero xi. mense Aristoteles solus recipit: et ceteri  
uniusi improbarunt. Sed nunc chaldeorum ratio bre-  
uiter tractanda est: explicandumq; cur septimo mense  
+ nono & x<sup>o</sup> immodico posse nasci homines arbitrentur.

**A**Nte omnia igitur dicunt auctum vitamq; nostra  
stellis tam uagis q<sup>uam</sup> stantibus esse subiectam: eorumq;

## Zodiacon

uario multipliciq; cursu genus humanuz gubernari s; iparuz motus: themataq; et effectus. a sole crebro imitari. Nam Et alie occasum: nonulle stationem faciant: nosq; omnes hac sua disporilitate porriter afficiant. Solis fieri potentia: Itaq; eum qui stellas ipsas quibus mouemur pmouet animam nobis dare qua regamur: potentissimuz q; in nos esse: moderariq; quando post conceptionem ueniamus in lucem: Sed hoc per tres facere et conspectus. Quid autem sit conspectus: et quot eius genera ut liquido perspicui possit pauca predicam. Circulus ut ferunt Signifer quem greci uocant Zodiacon in quo sol & luna ceteraq; stelle uage feruntur. hic in dodecaz partes totidem signis redditas equabitur diuisus est Eius Sol anno spatio metitur. Ita in unoquoq; signo ferme unum mensem moratur. s; signus quodlibet cum ceteris signis habet mutuum conspectum: non tamen uniformes cum omnibus. Nam ualidiores alij Infirmiores alij habentur. Igitur quo tempore partus concipitur. Sol in aliquo signo sit necesse: in aliqua et particula. Quem locum conceptionis proprie appellat. Sunt autem he particule in unoquoq; signo tricene: totius uero numero ccclxv. has MEPH greci uocant: et he particule nobis uelut fata sunt. Nam qua potissimuz oriente nascamur plurimuz refert. Sol ergo in proximuz signum transend locum illum conceptionis: aut in becillo uidet conspectu aut etiam nec conspiciat. Nam plures proxima sibi in Zodiacon inuicem se uidere omnino negauere. At cum inter duo signo est hoc uno medio interposito: tunc pri-

muꝝ illum locum. Vnde profectus est uidere dicitur: sꝫ  
 Galde obliquo et inualido lumine qui cōspectus dicitur  
 sextilis quia sextam partem circuli subtendit. Nam cui  
 a primo Lodio ad tertium: sic a tertio ad quintum in d  
 porro ad septimum ac deinceps alterne linee emittunt.  
 hexagonie equilateralis forma in eodem circulo scribe  
 retur. hunc quidam cōspectum non usqꝫ quaqꝫ recepe  
 runt: qꝫ minimuz ad maturitatem partus uidebat  
 cōferre. Cum vero in quartum signum peruenit: et  
 media duo sunt uꝫ quoniam linea illa qua uisus pren  
 dit quartam partem orbis abscidit. Cum autem in gn  
 to est tribus interiacētibꝫ medijs aspiciit.

Nam tertiam signiferi partem uisus ille metitur que  
 due uisiones per quaz effica  
 ces incrementuz partus multuz adminiculatur. Cetero  
 a loco sexto cōspectus omni caret efficientia. Eius. n. linea  
 nullius polygonie efficit latus. at a vii Lodio qd ÷ cō  
 trariuz plenissimus potentissimusqꝫ cōspectus quosdam  
 iam maturos infantes educit qui septimestres appellant:  
 quia septimo mese nascuntur. At si intra hoc spacium  
 maturescē uterus non potuerit. viii. mense nō edunt.  
 Ab octauo n. signo ut a vi. inefficax uisus: sed uel viii.  
 mense uel x. Sol. n. a zodio particulam cōceptionis rur  
 sum cōspicit: et a x.

qui cōspectus ut supra iam dictum est per efficaces  
 sunt. Ceterum xi. non putant nasci quia languido iaz  
 radio infirmuz lumen  
 mittatur. multo minus xii. Vnde cōspectus pro nullo  
 habetur. Itaqꝫ secundum orōnez hāc nascunt.

**H**æc chaldæorum sententia explicata: transeo ad opi-  
onem Pythagoricam a Varrone tractatam in libro q  
uocatur Tubero: et inscribitur de origine humana: que  
quidem ratio precipue recipienda ad ueritatem pro-  
xime uidetur accedere. Alij. n. pleriq; cum om̃s partus  
non vno tempore fiant maturi: vna tamen eadēq;  
tempora omnibus conformandis dedere ut Diogenes  
apolloniates qui masculis ait corpus quatuor mensib;  
formari et feminis quinq; uel hippon qui diebus. lxx.  
infantem scribit formari: et in quarto mense carnem  
fieri concretam. Quinto ungues capillosue nasci. Septio  
iam hominem perfectum. Pythagoras autem: quod erat  
credibilius dixit partus esse genera duo: alterum septem  
mensium: alterum. x. Sz priorem alijs dierum numeris  
cōformari: alijs posteriorem: eos uero numeros qui iūmo  
quoq; partu aliquid ferunt mutationis. Dum atem sem̃  
in sanguinem: aut sanguis in carnem: aut caro i hoīs  
figuram cōuertitur: inter se collatos rationem habere  
eam quā uoces habent que in musica  
uocantur. Sz hec que sint intellectu aptiora prius aliqua  
de musice regulis huic loco necessaria dicentur: eo qdem  
magis q; ea dicam que ipis musicis ignota sunt. Nam  
qui sonos scienter tractauere in congruenti ordine red-  
dere: illorum aut ipis sonis motuumq; modum mēsurāq;  
inuenire geometrici magis q; musici. *De Musica.*

**I**gitur Musica est scientia bene modulandi: hec ē  
autem in uoce: sed uox alias grauior mittitur: alias acu-  
tior. Singule tamen uoces simplices et ut cūq; emisse  
uocantur. Dissonum uero quo alter acutior ēē

alter grauior appellatur. Inter infimam su-  
 maq; uocem multa esse possunt in ordine posita. diasche-  
 mata: alia alijs maiora minoraue' ut ~ illud quod ~  
 TONON appellat ut h' minus semitonium uel duorum triune:  
 ac deniceps aliquot tonorum interuallum: sed non pmissi  
 uoces omnes cum alijs ut libet iuncte concordabiles in catu  
et tempus et rem demonstrat. Conemur igitur rem ab cōfactis  
describere. et quae in ipsis ueniunt uel aguntur. ut si belli dicam  
descriptionem. primū quidem an bellum dicere debemus.  
delectus hostes sumptus paratos. timores qui fiunt. hinc cōgres-  
sus. cedes. mortes uictorias. laudes uictorum. illorum uero qui  
uicti sunt lacrimas. suauitatem. Sin uero loca ut tempora uel  
personas describam. habebimus aliquam et a narratione de  
qua supra diximus et a bono ut utili uel laudabili rationem.  
Virtus autem descriptionis maxime planities et praesentia uel signi-  
ficantia est. Oportet autem elocutionem pene per aures oculis  
praesentiam ipsius rei exequare dignitati rerum stilum elocutionis.  
Si clara res est sit oratio similis. Sin summa huic quoque aptabitur  
qualitas uerborum. Sciendum autem quod quidam non posuerunt  
in praeparatione quae praedecupatam et in fabula et in narratione  
in illis quoque describimus et loca et flumines et personas et res. 83

eam quoque quidam eloquentissimorum tradidere in pexer Gra-  
 tiones: non in congruum est imitari. Positio est deliberatio  
 alicuius rei generalis ad nullam personam certam pertinens  
 uel ad aliam partem circumstantie: ut si tractemus an na-  
 uigandum: an ducendum uxorem: an philosophandum: non  
 addentes cui sed ipsam rem per se et per accidentia ei requi-  
 rentes: ut an illa res sit facienda quam facientibus solet illud  
 et illud accidere. Quod si finitam personam assumamus et si deli-  
 beremus non positio iam sed uelut sub uel ab prepositio est  
 que magis ad controuersias pertinet. Sunt igitur prepositionum  
 alie ciuiles alie priuate. Ciuiles quidem que communibus et ad  
 ciuitatem pertinentibus subiacent opinionibus. ut an rhetoricę  
 dandum studium et similia. Nam ciuiles ut priuate que sunt  
 proprię aliquarum disciplinarum et eas profitentibus ut am-  
 pile formam habeat mundus. An multi sint mundi. An  
 ignis sit solis. hec. n. sunt questiones que ad philosophos pertinent.  
 Nam oratores in alijs sunt exercendi. Nominauerunt autem  
 quidam has actiuas: illas uero inspectiuas siue intellecti-  
 uas: hec. n. possunt agi: illarum finis est inspectio siue intel-  
 lectus. Est autem inter locum commune et positionem hoc quod  
 locus communis euius et manifeste rei est exaggregatio  
 positio autem dubie rei questio: positionum autem alie sunt  
 simplices: alie ad aliquid comparantur et duplices uidentur esse.  
 Si. n. dicamus an luctatione exercendum an agricultura:  
 duplex. Oportet. n. ab altero dehortari in alterum hortantem.  
 Diuidunt autem positiones causas que finalia notant. i. iusto utili  
 possibili decenti: ut iustum est ducere uxorem: et quod a paren-  
 tibus accepimus reddere inuicem quod prodest. Multa. n. ex nup-  
 tijs accidunt solatia. quod possibile a similibus. n. facile possumus

ducent quod decet non more ferarum degere. Hoc modo con-  
firmes. Refutes autem ex contrariis: nec non etiam incidentes  
obiectiones reprobas. In peroratione uero hortationibus horrentis  
et communibus omnium moribus hominum. legis quoque laudem ipse  
exercitamentis ponit quam etiam in negotiis et laudibus le-  
gum et accusationibus utitur questione. Differentias autem  
dicunt quod in negotiis circumstantia est. In peroratione non  
est unum fere aliquis. Verendos esse honores sine tempore et  
sine reliquis circumstantiis partibus. Diuiditur autem mani-  
festo: legitimo: iusto: utili: possibili: decenti: manifesto ut  
apud Demosthenem facile est id omnibus cognoscere simpli-  
cia et manifesta esse uera legum. Legitimo si dicamus quod  
contra ueteres leges. Iusto cum dicimus quod contra naturam  
et contra mores. Utili cum dicimus quod nunc et in futurum  
laedit. possibili cum dicimus quod nec potest fieri. decenti  
cum dicimus quod in gloriam est: —

Priscianus sophistae ars perorationum secundum  
hermogenem explicat.

**S**i quis huius operis titulum diligens examinatur inspi-  
ciat cum de topicis differentiis conscribamur non idem  
a nobis expectare debet ut locorum inter se dyalecticorum ut  
rhetoricorum etiam differentias demus. Verum id multo magis  
ut dyalecticos a rhetoricis segregemus. Quod nos effutius ag-  
gredi posse arbitramur si ab ipsa facultatum natura dispu-  
tationis exordium: ostensa. n. dyalectice ac rhetorice  
similitudine ac dissimilitudine ab ipsarum facultatum necesse  
est formis etiam locorum qui eisdem facultatibus deseruiunt  
communitates discrepantiasque dicamus. Dialectica igitur facul-  
tas Boetio considerat. Dicitur uero est sine circumstantiis questio.  
Rhetorica de hypothesebus. i. de questionibus circumstantiarum  
multitudine inclusis tractat ac differit. Circumstantie uero  
sunt quis: quid: ubi: quando: cur: quibus adminiculis. Rur-  
sus dialectica si quando circumstantias ueluti personas scilicet ad  
disputationem sumit: non principatur: sed omnem cuius uim ad  
thesim de qua differit transfert. Rhetorica uero si thesim assu-  
perit ad hypotheseim transfert ut utranque suam materiam  
tractat: sed alterius assumit ut pro more in sua materia  
facultate nitatur. Rursus dialectica interrogatione ac  
responsione constructa est. Rhetorica uero rem propositam  
oratione perpetua decurrit. Item dialectica perfectis utitur  
syllogismis. rhetorica enthymematum breuitate contenta  
est illud etiam differentiam facit quod rhetorica habet aliquem  
preter aduersarium indicem qui inter utrosque disceptat.  
dialectica non ille fert sententiam qui aduersarius sedet. ab  
aduersario. n. responsio ueluti quedam sententia subtilitate non  
interrogantis elicitur: que cum ita sint omnis earum differentia

uel in materia uel in usu uel in fine est constituta. In mate-  
ria quia thesis atq; hypothesis materia utraq; subiecta est. In  
usibus q; hec interrogatione: illa perpetua orone discre-  
pat. uel q; hec integris utriq; syllogismis: illa uo enthymematib;  
gaudet. sine uo q; iudici persuadere: illa uo quod uult  
aduersario extorquere conatur. Quib; ita precognitis paulo  
post et questiones rhetoricas que in constitutionib; positę sūt  
et proprijs qñibus enumerabimus locos. Nunc paulisper mihi  
uidetur de tota admodū breuiter facultate tractandum.  
Opus magnū atq; difficile. Quanta n. rhetorica ars sibimet  
cognitione iungatur. nō facile considerari pot: uixq; etia;  
auditu animaduerti queat. nedū facile reperi. De cuius  
quidem rei conditione nihil ab antiquis preceptorib; accepi-  
mus. De unoquoq; n. precipiunt nihil de cōmuni laborātes.  
quam partem doctrine uacua ut possum aggrediamur.  
Dicemus igit de gñe artis et spēs et mō et partibus. instro  
in striq; partibus. ope etiam officioq; actoris et fine posth  
de questionibus ac locis. Quo circa quod in cōmuni speculā-  
dum est. hinc disputandi sumamus exordiu. Rhetoricę  
igit genus facultas spēs uo tres iudiciale: demonstratiuū  
et deliberatiuū: et gñus quidem id esse proximius pater.  
Spēs aut idcirco sunt que superius enumerauim qm isde;  
tota rhetorica est in iudiciali gñe causarū integra. Item  
in demonstratiuo ut deliberatiuo. Sed hec gñā sunt causarū.  
omnes. n. cause: uel speciales ut indiuiduę sub unū triu;  
gñum cadunt ut sub iudiciale quidem speciales ut ma-  
iestatis uel repetundarū. Indiuiduę aut ut corneli; maie-  
statis: uel ueris repetundarū. Sub deliberatiuū uero qcuq;  
cause cōsultationem hnt: ut si spāliter quidem de bello ut de

pace. Si uero indiuidue ut de bello pyrrhi uel de pace. Eodē  
modo in demonstratiuū quęcūq; ueniunt ad laudem et ui  
tupationez. Spēaliter quidem ut laus uiri fortis: indiuidue  
uero ut laus Scipionis. Sub demonstratione ponunt. Materia  
huius facultatis est omnis res quidem posita ad dictionē  
fere autem ciuiliis quęstio in hanc. Spēs a rhetorica uenien  
tes q̄ quondam capiunt materiam forme sibi et triplici  
informatam tenet figura q̄ posterius liquebit ut ciuiliis  
quęstio quę adhuc informis secundum species erat: fiat  
accepto fine unicuiq; specieruz rhetorice subiecta. Ut iformis  
adhuc ciuiliis quęstio est. Excipit ex iudiciali finem iusti.  
fiat ipā ciuiliis quęstio in iudiciali gnē constituta. Cum uō  
ex deliberatiuo sumpserit honestum: tū fiat ipā ciuiliis quęstio  
in deliberatiuo gnē constituta. Si uō ex demonstratiue bonuz:  
tū fiat demonstratiua ciuiliis quęstio. Veniunt autem in materia  
spēs ex rhetorica idcirco q̄ aliter in materiam suam quęlibet  
facultas nō pōt opari q̄ suas adhibeat partes hñnbuz. n.  
cunctis partibus suis rhetorica quoq; ipā est absens. Sed  
qm̄ de speciebus dictum est rhetorice qm̄ sunt gnā causarū  
ut sunt ut omīuz negotiorū quę in ciuili quęstione cōstitu  
ta. Informato a fine iusto iudiciale fit gnus. Omniū uero  
quę in ciuili quęstione constituta sunt honestū uel utile  
finem ceperunt. Deliberatiuū fit gnus omīuz uō quę cōsti  
tuta sunt in ciuili quęstione finem honesti tm̄ boniue sump  
serunt fit demonstratiuū genus. Sed de his hactenus. Nūc  
de partibus rhetorice peruidendum est: partes. n. rhetorice  
sunt quinq; Inuentio: dispositio: elocutio: memoria: pronū  
tiatio. Partes autem uocant idcirco q̄ siquid horum de  
fuerit orōni Imperfecta facultas est atq; iō quę uniuersas

formant oratoriam facultatem eas partes facultatis eius  
dicere uis est sed he partes qm rhetoricę facultatis sunt:  
totamq rhetoricam facultatem componunt: necesse est ubi  
fuerit rhetorica proprijs speciebus integra omnesq partes  
ipius esse. Omnes igitur rhetorice partes inerunt rhero  
rice speciebus. Quo circa etiam his ciuilibus negotijs  
tractandis adhibebuntur que a supdictis speciebus informā  
tur. Et que igitur in iudiciali negotio et in deliberatio  
et in demonstratio Inuentio: dispositio: elocutio: memo  
riaq et pronuntiatio ueniunt. Qm uero omis fere facultas  
instrumento utitur ad faciendum quod pot: etiam erit  
rhetorice facultatis instrumentum aliquod: hoc uo est  
oro que p<sup>ri</sup>m i ciuili g<sup>ne</sup> uersatur: p<sup>ri</sup>m minime. De  
ea autem orone nunc loquimur que habet aliquam  
questionem ut que ad finem expediende qoris accom  
modat. Ea uo oratio que no in ciuilibus causis g<sup>ne</sup> uer  
satur continuo decurrit. Ea uo que no est in ciuilibus  
causis interrogatione et responsione explicatur. Et p<sup>or</sup>  
rhetorica: secunda dialectica nuncupatur que hoc a sup<sup>i</sup>  
ore differt: p<sup>ri</sup>m q illa ciuilis hypothesis: illa thesin cōfi  
derat. De hinc q illa continua orone: illa intercisa pagit  
et q rhetorica oro habet preter adūsarium iudicem.  
Dialectica uo eodem iudice quo adūsario utitur. hec igit  
rhetorica oro habet partes sex: prohemium quod est exō  
dium: Narrationem: partitionem: Confirmationem: Rep  
hensionem: Perorationem: que partes instrumenta sunt  
rhetoricę facultatis qm rhetorica in omnibus suis speciebus  
inest: eisdem inerunt: nec potius inerunt q in eisdem  
ea que pagunt administrabunt. Itaq i iudiciali g<sup>ne</sup>

causarum necessarius ordo prohemij et narrationis  
atq; ceterorū et in deliberatiuo et demonstratiuo neces:  
saria sunt. Opus aut facultatis rhetorice est docerē  
et mouere q̄ nihilominus ijsdem fere ex instris .i. orōis  
partibus administratur. partes autem rhetorice qm̄  
partes sunt facultatis: ip̄e quoq; sunt facultates. Quo  
circa ip̄e quoq; orōis partib; q̄ instrumentis utentur:  
ut dicunt in partem: atq; uerbis operent̄ eisdem ierūt.  
Nam in exordijs nisi quinq; sint supradictę rhetorice  
partes ut inueniat: disponat: eloquat̄: meminerit: primum:  
nihil agit orator. Eodem mō et reliquę partes instrū  
nisi habeant omēs rhetorice partis frustra sunt: Huius  
aut facultatis effector est orator cuius est officium dicē  
apposite ad persuasionem. Finis tū in ip̄o: tum in altero.  
In ip̄o quidem bene dixisse .i. dixisse apposite ad persua:  
sionem: in altero uō persuasisse: Non n. siq̄ impediāt  
oratore[m] quo minus persuadeant: facto officio finem  
nō est consecutus. Sed is quidem qui officio fuit conti:  
guus cognatusq; consequit̄ finis facto officio. is uero  
qui extra est sepe non cōsequitur. Nec tamen rethori:  
cam suo fine contentam honore uacuauit. hec quidē  
ita sunt mixta ut rhetorica insit sp̄ibus: species uero  
insint causis. Causarū uō partes esse dicunt̄ status  
quos etiam alijs nominibus tū constitutiones nominat̄  
licet: qui quidem diuidunt̄ ita ut rerū quoq; natura  
diuisa est Sed a principio questionū differentias ordi:  
amur. Qm̄ rhetorice questiones circumstantijs inuolutę  
sunt. Om̄s aut̄ inscripti alicuius cotrouersia aut p̄er  
scriptum ex re ipsa sumunt̄ contentiōis exordium. Et ille

quidem questiones quę in scripto sunt quinq; modis fieri pos-  
sunt. Vno quidem cum scriptoris uerba defendit: ille scilicet  
atq; hic appellatur scriptum et uoluntas alio modo sumit.  
Si leges quadam cōtrarietate dissennant: quas cum ex  
diuersa parte defendunt faciunt controuersiam. Atq; hic  
uocatur status legis contrarie. Tertio cum scriptum de q̃  
contenditur sententiam claudit ambiguum: hoc suo nōie  
ambiguitas nūcupatur. Quarto uō cum ex eo quod scrip-  
tum est aliud nō scriptum intelligitur: qđ quia per ra-  
tificationem et quandam syllogismi consequentiā inue-  
stigatur ratiocinatio uel syllogismus dicit. Quinto cum  
sermo scriptus est cuius non facile uis ac natura clarescat  
nisi diffinitione detecta sit: hic uocatur finis uel in scripto.  
quos omēs a se differre non est nrī operis. uerum rhetorici  
demonstrare hec. n. speculanda doctis nō rudibus discēda  
proponimus: q̃ uis eorū de differentia in thopicorū cōmetis  
per transitum disseruimus. Earū autem cōstitutionum q̃  
preter scriptum in ip̃arū rerū contentione sunt positę  
ita differentię segregantur: ut rerū quoq; ip̃arū natura  
ip̃a diuisa est. In omni n. rhetorica dubitatur questione  
an sit: quid sit: quale sit: et preter hec an uire an amor  
possit exerceri iudiciū. Sed si factum uel res quę intendit  
ab aduersario negatur: questio est utrū sit: eaq; cōstitutio  
coniecturalis nominat. Qđ si factum quid esse constiterit:  
sed quid nā sit id quod factum est ignoretur qm uis eius  
diffinitione monstranda est diffinitiuā dicitur constitutio  
at si esse constiterit: et de rei diffinitione conueniat: sed  
quale sit inquiratur: tunc cui generi subici debeat ābigat  
gnālis qualitas nūcupatur. In hac uō questione r̃ q̃. n. n. n.

et qualitis comparationis ratio uersatur. Sed qm̄ de gñe  
questio est secundum gñs formā in plura necesse est hac  
constitutionem membra distribui. Omnis. n. questio gene-  
ralis. i. cum de gñe et qualitate et q̄titate querit̄ fct̄  
induas distribuit̄ partes. Nam aut in p̄m queritur de  
qualitate propositi aut in p̄s aut in futurum. Si in p̄m  
iudicialis constitutio nūcupatur. Si p̄s uel futuri teneat  
questionem negotialis dicit̄. Iuridicialis uō cuius inqui-  
sitio p̄m respicit duabus partib; segregatur. Aut. n. in  
ipso facto uis defensionū inest et absoluta q̄ntas nūcupat̄.  
Aut extrinsecus assumitur. et assumptiua dicit̄ cōstitutio.  
Sed h̄ in partes quatuor deriuatur Aut. n. crimen conce-  
ditur. aut remouet̄. aut refertur. aut quod est ultimū  
compatur conceditur crimen cum nulla introducitur fct̄  
defensio: sed uenia postulatur id fieri duob; pōt modis.  
Si depreteris aut purges deprecaris cum nihil excusationis  
attuleris: purgas cum facti culpa in ijs ascribit̄ quibus  
obisti obuiariq; non possit: nec tm̄ persone sint: id. n. in  
alicam constitutionem cadit. Sunt uero h̄ imprudentia  
casus: atq; necessitas. Remouetur uō crimen cum ab eo  
qui incessitur in alium transfertur. Sed remotio criminis  
duob; modis fieri potest: si aut causa referatur aut  
factum. Causa refertur cum aliena potestate aliquid  
factum esse conceditur. Factum uō cum alius aut po-  
tuisse aut debuisse facere demonstratur. Atq; h̄ in ijs  
maxime ualent si eiusmodi intendatur actio q; non fecim̄  
id quod oportuerit fieri. Refertur crimen cum iuste in  
aliquod facinus is se contenditur qm̄ is in quem cōmis-  
sum sit iniurius sepe fuerit. Atq; id qd̄ intendit̄ meruit pati.

Comparatio cum pp meliorem unlioremue rem factū  
q̄ aduersarius arguit commissum esse defenditur. horū  
omniū sunt proprię differentie: atq̄ ideo minutissime  
diuisiones quarū rhetorū in his docendis explicandisq̄  
conscripti libri diligentius cōtinent. Nos h̄ a. M. Tullio  
sumpsisse sufficiat ad aliud. n. tota festinat opis inten-  
tio: de quibus omnibus dispiciendum est hoc mō. M. n.  
Tullius causarū partes constitutiones esse demonstrat  
eo loco quo sm hermagoram nititur dicens. Q̄ si gnūs  
causę partes recte non possunt putari: multo minus  
recte partes causę partes putabuntur. Pars autem  
causę constitutio est partes causę constitutiones esse  
designans: de qua re multa questio est. Quomodo ptes  
putabuntur causę. Si. n. ptes ut species: quomō fieri  
potest. ut in una eademq̄ causa plures constitutiones sint.  
Nam species sibi inter impositę sunt: ac ueniūt in plūme  
constitutiones: Non igitur sunt partes earum ut spēs  
status illud quoq̄ q̄ nulla species aliam sibi oppositam  
speciem ad substantiam iuuat. Constitutio nō constitu-  
tionem confirmat ad fidem. Nec fieri pōt ut ita sit ca-  
usarū quasi totius partes. Nullum. n. compositū ex  
una parte totum atq̄ integrum esse potest. At in cā  
constitutio una idonea est constituens causam. Quid  
igit̄ est dicendum: Pater uia rōni. Neq̄. n. causę eius  
pars esse dicitur constitutio: quę in controuērsiam uenit:  
et quam status constituit: cum presertim qui adiicitur  
ad eam status una iam constitutione firmata non  
sit principalis s̄ accidens: atq̄ in uno negotio contro-  
uersię ueniant tot quot sint constitutiones: S̄ tot

controuersie tot cause: et licet eas contineat unum ne-  
gotium: cause tamen impmiste sibi uariantur. Qui  
iuuenem de lupanari exeuntem uidit paulo de eode  
loco uxorem suam uidit egressam Accat iuuenem adul-  
terij. Snum negotium hic utitur quod est cause aut  
due. Sna coniecturalis si negat se fecisse: altera dif-  
finitua si in lupanari concubitum non posse ducit adul-  
terium putari. Sed neq neganti pars est eiusdem co-  
trouisie coniecturalis status n3 diffinienti diffinitio. Tota  
n. continet causam non gnaler: sed controuersiam ali-  
quam constitutione formatam. Sunt aut constitutioes pres  
cause generalis hoc mo. Si n. omnis causa coniecturalis  
esset: nec altius status inueniretur: nec eet status coiec-  
turalis cause pars: s3 ipa causa esset sine dubio coniec-  
turalis: s3 quoniam ptim coniecturalis ptim fine: ptim  
qualitate: partim translatiue cause omnes tenerent:  
pars est constitutio cause non eius quam tenendo ifomar:  
sed eius quam diuidit gnalis cuius. s. qm membru abscon-  
dens suum facit unaqueq constitutio. Sunt igitur partes  
ut species constitutiones cause gnalis: no eius quam unq3  
tenens informaueit. Quare est genus rhetorice facultas.  
Rhetorice uo species tres iudiciale: demonstratiuus: delibe-  
ratiuus. Materia autem ciuilis questio que dicitur causa:  
partes huius materie constitutiones. Rhetorice partes inuen-  
tio: dispositio: elocutio: memoria: pronuatio: instrum  
oro: instrum ptes exordium: Narratio: Partitio: Confirma-  
tio: Reprehensio: Poratio: opera docere: mouer. Actio ora-  
tor officium bn dicere: finis tu bene dixisse: tu psuader.  
Est uero tota rhetorica in spebus. Spes uo ita tota materia

informant ut tum uicissim totam sibi uendicent. Quod ex hoc  
intelligi potest quoniam omnis sibi materie partes singule spes  
tenent. Nam in iudiciali quatuor constitutiones inuenies:  
in deliberatiuo demonstratiuoque easdem quatuor inuenire  
queas. Unde ostenditur si omnes partes cause generalis questio  
est ciuilis questio: singule species habent: omnes uero partes causa  
ipsa est. causam. i. ciuilem questionem ab speciebus uicissim  
uendicari totam eodem modo quo uox uno tempore ad  
plurimorum aures cum suis integra partibus. i. elementis  
peruenit. Nam eodem tempore tota causa ad diuersas spes  
cum suis partibus transit. Sed cum species in materiam  
uenerint. i. ciuilem questionem: et eam cum suis obtine-  
rint partibus: inferunt secum etiam ipsam rhetoricam  
facultatem quare etiam rhetoricę partes in singulis ques-  
tionibus inerunt secundum illatam mentem. Rhetorica infert  
secum instrumentum suum. Infert igitur secum orationem: et hec  
etiam proprias partes infert. Eritque in constitutionibus tractan-  
dis exordium narratio et cetera. Sed cum in instrumentis uenerit  
in ciuilem questionem: operam quoque suam simul infert: et do-  
cebit igitur ac persuadebit in omni constitutione: Sed hec  
per se uenire non poterunt nisi sit quibus moueat uelut  
artifex atque architectus. Sic autem est orator qui cum  
ad causam accesserit faciet officium suum. Bene igitur diceret  
et in omni genere causarum et in omni constitutione orator fa-  
ciat finem cum bene dixerit in omni constitutione tum ut  
persuaserit. De singulis igitur nunc quidem in commune trac-  
tauimus. De uno quoque uero separatim post si erit commodum  
disseremus. atque hoc hactenus. Nunc de Inventionem Trac-  
tandum est etenim prius quidem dialecticos dedimus locos:

nunc rhetoricos promimus locos: quos ex attributis persone  
ac negotio uenire necesse est. persona est que in iudiciis  
uocatur: cuius dictum factumue persone propter quod  
in iudiciis uocatur. Itaque in his duobus omnis locorum ratio  
constituta est que. n. habent reprehensionis occasionem  
eadem nisi oio ad inexcusabilem partem uergant defensionis  
partem sumministrant. Eisdem. n. locis occasio defensionis  
consistit. Si igitur persona in iudicium uocat<sup>ur</sup> n<sup>on</sup> factum dictumue  
ullum reprehenditur. causa esse non poterit: nec uo factum  
dictumue aliquod in iudiciis proferri potest si persona non  
exer. Itaque in his duobus omnis iudiciorum ratio uersatur in  
persona scilicet atque negotio. Sed ut dictum est persona est  
que in iudicium uocatur. Negotium factum dictumue  
personae propter quod reus statuitur. Persona igitur et negotium  
suggerere argumenta non possunt: de ipsis. n. questio est  
de quibus autem dubitatur: ea dubitationi fidem facere  
nequeunt. Argumentum uero est oio rei dubie faciens fi-  
dem. Faciunt autem fidem ea que sunt personis ac negotiis  
attributa. Ac si quando persona negotio faciat fidem: Veluti  
si credatur contra rem. p. sensisse Catilina quoniam persona est  
uiciorum turpitudine denotata. tamen non in eo quod persona est  
iudiciis uocata: fidem negotio facit: sed in eo quod personae ex  
attributis quanda suscipit qualitatem. Sed ut rerum ordo  
clarius colliqueat de circumstantiis arbitror esse dicendum.  
Circumstantie sunt que convenientes substantiam questionis  
efficiunt. Nisi. n. sit qui fecerit et quod fecerit causaque cur  
fecerit: locus tempusque quo fecerit: modus et facultasque si  
desit: causa non stabit: has igitur circumstantias ingemina  
Cicero partitur: ut eam que est quid est circumstantiam in attri-

butis persone ponit. Reliquas uo circumstantias in attributis  
negotio constituit: et primas quidem ex circumstantijs ea  
que est quisq; persone attribuit: secat in duodecim partes.  
Nomen ut veres: naturam ut barbarus: victum amicus  
nobilis: genus uel cognationem ut nobilis: fortunam ut  
diues: studium ut geometra: casum ut exul: affectiones  
ut amans: habitum ut sapiens: Consilium ut acta orones  
ea que extra illud factum dictuq; sunt qd nunc iudi-  
cium deuocatur. Reliquas uo circumstantias que sunt  
quid: cur: quomodo: ubi: quando: quibus auxilijs in attri-  
butis negotio ponit quid et cur dicens continentia cum ipso  
negotio. Cur in causa constituens. Ea. n. causa est uniuscuiq;  
facti propter quam factum est. Quid uo secant in quatuor partes:  
in summam facti ut parentis occisio. Ex hac maxime sumi-  
tur locus amplificationis In ante factum ut concitus rapu-  
it gladium. Dum fit ut uehementer percussit: post factum  
in abditio sepeliuit. Que cum omnia facta sunt: tum qm  
negotium gestum de quo queritur continet: non sunt  
ea facta que in attributis persone numerata sunt: Illa  
n. extra negotium de quo agitur posita persona infor-  
mantia fidem ei negotio parant de quo usatur itentio.  
hec uo facta que continentia sunt cum ipso negotio. id  
ipsum negotium de quo queritur continent. Postremas uero  
quatuor circumstantias Cicero ponit in gestione negotij:  
que est secunda pars attributorum negotijs: et eam qde  
circumstantiam que est quando diuidit tempus ut nocte  
fecit et in occasionem ut cunctis dormientibus. Eam uo  
circumstantiam que est ubi locum dicit ut in cubiculo fecit.  
Quo uero una ex circumstantijs modum ut clam fecit:

Quibus auxilijs circumstantiam facultatem appellat ut  
cum multo exercitu: quorū quidem locorū et si ex circumsta-  
tiarum natura discretio clara: nos tñ benivolentius  
faciemus si uberius eorum ad se differentias oñdamus.  
Nam cum ex circumstantijs alia. M. Tullius proposuerit  
esse continentia cum ipso negotio: alia uō in gestione ne-  
gotij atq; in continentibus cum ipso negotio: illum admi-  
nistrauerit locum quem appellauit dum fit: ex ipsa pba-  
tionis significatione idem uidetur esse locus hic dum fit  
ei qui est in gestione negotij. Sed ut ita est quia dum fit  
illud est quod eo tempore admissum est dum facinus ppe-  
tratur: ut percussit. In gestione uero negotij ea sunt que  
ante factū et dum fit: et post factum quod gestum est  
continēt. In omnibus. n. tempus: locus: occasionem: locū:  
modum: facultatem facta esse consenserit. Sed ut dcm  
est que cuiuslibet facto adherentia sunt: atq; id nullo mō  
derelinquant quia quadam ratione subiecta sunt ipsi  
quod gestum est negotio. Item ea que sunt in gestione  
negotij sine ijs que sunt continentia cum ipso negotio ēē  
possunt: pot. n. et locus et tempus et occasio et modus et  
facultas facti intelligi cuiuslibet etiam si nemo faciat qd  
illo loco uel tempore: uel occasione: uel modo uel faculta-  
te fieri posset. Itaq; ea que in gestione sunt negotij sine  
ijs que sunt continentia cum ipso negotio esse possunt:  
illa uō sine his esse non possunt. Factum. n. preter locū:  
tempus: occasionem: modum: facultatemq; esse non  
poterit. atq; h sunt que in attributis persone ac negotio  
cōstant. Velut in dialecticis locis ea que in ipis herent  
de quibus queritur. Reliqua uō que uel sunt adiūcta

negotio uel gestum negotium consequuntur talia sunt  
qualia in dialecticis locis ea que secundum Themistium  
partim rei substantiam consequuntur: partim sunt extrin-  
secus: partim uersantur in medijs. Secundum Ci. uero inter effe-  
ta numerata sunt: ut extrinsecus posita. Sunt. n. adiuncta  
negotio. Ipsa. n. fidem faciunt questionem affecta quodammodo  
ad id de quo queritur et respicientia sunt negotium de  
quo agitur hoc modo. Nam circumstantie septem in attribu-  
tis persone uel negotio numerate sunt. hec cum alijs ce-  
perint comparantur et quasi in relatione uenire. Sed si quid  
ad te continens referatur uel ad id quod continet sit aut  
species aut genus. at si ad id referatur quod ab eo lon-  
gissime distet contrariuz. At si ad finem sumen atque ad  
exitum referatur euentus est. Eodem quoque modo ad ma-  
iora et minora et paria comparantur. Atque omnes tales loci  
in ijs que sunt ad aliquid considerantur. Nemo maius  
aut minus: aut simile: aut eque magnum aut dispa-  
ratum accidunt circumstantijs que in attributis negotio  
atque persone numerate sunt: ut dum ipse circumstantie  
alijs comparantur: fiat ex his argumentum facti dictiue  
quod in iudicium trahitur. Distat. n. a superioribus que su-  
periores loci uel facta continebant: uel factis ita adhere-  
bunt ut separari non possint ut locus tempus et cetera que  
gestum negotium non relinquunt: hec uero que sunt  
adiuncta negotio: non in herent ipsi negotio: sed accidunt  
circumstantijs et tunc demum argumenta preparant cum  
ad comparisonem uenerint. Sumunt uero argumenta  
non ex contrarietate: sed ex contrario et non ex similitudine: sed  
ex simili ut appareat ex relatione summi argumenta in

adiunctis negotio et ea esse adiuncta negotio que sint ad  
ipm de quo agitur negotium affecta. Consecutio uero que  
est pars quarta corꝝ que negotijs attributa sunt neqꝫ in  
ipsis est rebus nꝫ scdm nō relinquunt. nꝫ ex compatione  
reperiuntur: Sed rem gestam uel antecedunt uel etiam con:  
sequuntur. Atqꝫ hic totus locus extrinsecus est primū in  
eo querit̃ id quod factū est quo nomine appellari conue:  
niat: in quo non de re sed uocabulo laboratur. Quid  
deinde auctores eius facti et inuentionis comprobatores  
atqꝫ emuli id totum ex iudicio et quodam testimonio  
extrinsecus posito subsidium confluit argumenti. Deinde  
et que eius rei sit lex: consuetudo uel pactio: iudiciū:  
scientia: artificium. Deinde eius uenire uulgo soleat:  
aut insolenter et raro homines id sua auctoritate com:  
probare: an offender̃ in ijs censuerint et cetera q̃ factū  
aliquod sunt cōfestim aut interuallo soleant consequi:  
quar̃ necesse est extrinsecus posita ad opinionem magis  
tender̃ q̃ ipsam rerum nam. Itaqꝫ h̃ in. iiii. licet negotijs  
attributa diuider̃ ut sint p̃tim continentia cum ipso ne:  
gotio que facta esse sup̃ius dictum est p̃tim in gestioe  
negotij que non esse facta: sed factis adherentia dudū  
monstrauimus: p̃tim adiuncta negotio: h̃ ut dictū est  
in relatione ponuntur: p̃tim negotiuz gestū consequunt̃  
horum fides extrinsecus sumitur: ac de rhetoricis qdē  
locis satis est dictum. Nunc illud est explicandum que  
sit illis similitudo cum dialecticis: que uō diuersitas  
qd̃ cum idonee conuenienterqꝫ monstrauero. propositi  
operis explebitur intentio. primo adeo ut dialecticis lo:  
cis sicut themistio placet: alij sunt qui in ipsis haerent


de quibus queritur: alij extrinsecus assumuntur: alij  
uō medijs inter utrosq; locati sunt sicut in rhetoricis q̄s  
locis: alij in persona negotioq; consistunt: de quibus ex  
adiūsa p̄te certatur: alij uō extrinsecus: ut ij qui gestus  
negotium consequuntur: alij uō medijs quorū proximi  
quidē negotio sunt hi ex circūstantijs reliqui in gestioe  
negotij considerantur: illi uō qui in adiunctis negotio  
collocantur: ipsi quoq; inter medios locos positi sunt qm̄  
negotius de quo agitur quadam affectione respici-  
unt ut si quis ea quidem quę p̄tibus attributa sunt:  
uel quę continentia sunt cum ipso negotio ut in gestioe  
negotij considerantur: His similia locis dicat qui ab ip̄is  
in dialectica trahunt de quibus in questione dubitat.  
Consequētia uō negotium ponat extrinsecus: adiūcta  
uō inter utrūq; constituat. Ciceronis uō diuisioni hoc  
mō fiet similis. Nam ea quę cōtinentia sunt cum ip̄o  
negotio: ut ea quę in gestione negotij considerantur  
in ip̄is herent de quibus queritur. Ea uō quę adiūcta  
sunt inter affecta ponuntur: sed ea quę gestum nego-  
tium consequuntur extrinsecus locata sunt: ut si quis  
ea quidem quę continentia sunt cum ip̄o negotio in  
ip̄is herere ardueretur. affecta uō ea esse quę sunt i  
gestione negotij: ut adiūcta negotio extrinsecus  
uō ea quę gestum negotiū consequuntur. Nam sunt  
ille perspicue cōmunitates q; quidam ip̄i pene i utq;  
facultatib; usantur loci: s̄ genus: ut pars: ut similitu-  
do ut ḡrūm: ut maius ac minus. De cōmunitatibus  
quidem satis est dictum. Differentie uō ille sunt q; di-  
alectici etiam thesibus apti sunt: Rhetorici autem ad

hypotheses. i. questiones informatas circumstantiis assu-  
munt. Nam sicut ipse facultates a semetipsis uniuersalita-  
te et particularitate distincte sunt. Ita eorum loci am-  
bitu et contractione discreti sunt. Nam dialecticorum lo-  
corum maior est ambitus: et quam preter circumstantias  
que singulares sunt: faciunt causas non modo ad the-  
sis utiles sunt: uerum etiam ad argumenta que in hypo-  
thesibus posita sunt: eosque locos qui ex circumstantiis consti-  
tunt atque ambiunt: itaque fit ut semper egeat rhetor  
dialecticis locis dialecticus suis possit esse contentus. Rhetor  
non quam causas ex circumstantiis tractat ex iisdem circumstan-  
tiis argumenta presumet que necesse est ab uniuersalibus  
et simplicibus confirmari que sunt dialectici. Dialec-  
ticus uero qui prior est. posterioris non eget: nisi aliquando  
inciderit personae questio ut cum sit incidens dialectico  
ad probandam suam thesiam causam circumstantiis in-  
clusam tunc demum rhetoricis utatur locis: itaque in dialecticis  
locis si ita contingit: a genere argumenta sumuntur  
i. ab ipsa generis natura. Sed in rhetoricis ab eo genere  
quod illuc genus est de quo agit: nec a natura generis:  
sed a re. scilicet ipsa que genus est. Sed ut progrediar ratio  
dialectice ex eo penderet quod natura generis ante percognita  
est. Ut si dubitetur an sit ebrius aliquis: diceretur si refel-  
lere uelimus: non fuisse: quam nulla in eo luxuries antef-  
serit. Idcirco nimirum cum luxuries ebrietati quam quoddam  
genus sit cum luxuries nulla fuerit: nec ebrietas quidem  
fuit: sed penderet ex altero. Cum. non si luxuries non fuerit:  
ebrietas esse non potuit: ex natura generis demonstratur  
quod ratio dialectica sumministrat. Unde. non genus abest:

inde species abesse necesse est quoniam genus species non re-  
linquit: et de similibus quidem et de huiusmodi eodem modo: in  
quibus est maxima similitudo inter rhetoricos ac dialecti-  
cos locos. Dialectica. n. ex ipsis facultatibus. Rhetorica ex ali-  
tate suscipiendis rebus argumenta inuestigat ut dialecti-  
cus ex genere. i. ex ipsa generis natura. Rhetor ex ea re que generis  
est Dialecticus ex similitudine. Rhetor ex simili. i. ex ea re  
que similitudinem cepit: eodem modo ille ex huiusmodi: hic ex  
contrario. Omnibus igitur que superius proposuimus expe-  
ditis illud arbitror apponendum quod M. Tullius topica  
que ad. C. Trebatum iuris primum edidit non eodem modo  
quo de ipsis disputari possit differuit. sed quodammodo rhetori-  
ce facultatis argumenta ducerentur quod in iis commenta-  
riis diligentius expediuimus qui nobis in eiusdem Cicero-  
nis topica conscripti sunt. Quo autem modo de his dia-  
lecticis rationibus disputerem: in iis commentariis quos i. aristotelis  
topica a nobis translata conscripsimus: expeditum est: —

✠ F I N I S ✠






#10046














hic dcccclxxxvi. ꝑ philippi qui ab excessu Alexandri  
 numerantur: et ad hunc usqꝫ perducti annos d. clxii.  
 mant. Sed horuz initia semper a primo die mensis  
 sumuntur cui apud egyptios nomen est Thout quoc  
 anno fuit ante diem septimuz kt. Julij. ab hinc ann  
 ꝑmp. Antonio Pio et Bruto ꝑnte Romę Cons. ijdem di  
 erunt ante diem xii. kꝑ. Augusti: quo tempore Solis  
 cula in egypto faceret exortum. Quare scire et lice  
 illius magni qui ut supꝑdictuz solaris et canicularis  
 annus uocatur. Hunc agi uertentem annuz ceteris  
 aut istorum annorum propterea notavi ne quis eo  
 ex kꝑ. ian. aut ex aliquo tempore simul putaret inci  
 cum his conditoru uol  
 opiniones philosophoru  
 alijs ab æstiuo solsticio: ꝑ  
 ab autumnali æquinoct  
 nonnullis ab earum oc  
 annus naturalis uid  
**M**ensium genera  
 ciuiles. Natural  
 tim lune esse dicunt. Et  
 quodaꝫ in zodiaco orbe  
 temporis quoddam spo  
 sunt numeri quidam  
 tuto obseruat: ut num  
 quiores et omniu gentiu communes sunt ciuiles et ꝑ  
 instituti: et ad undaquāqꝫ pertinent ciuitatem qui se  
 lestos seu solis seu lune ꝑꝑꝑꝫ inter se partes sunt.  
 dies habent totos. Quippe Sol in aquario moratur

